

cipient: Itaq; hoc casu limitatur Reg. quæ habet, quod societas finitur morte per prædicta iura: sequitur nouissime Petrus Sordus, *conf. 20. nu. 17. & 18. lib. 2.* Ergo idem dicendum est in nostro casu. cum sit similis & inter virum & uxorem contracta societas, saltem luori & questus, ut est prædictum: Quinimo in terminis nostræ quæstionis nouissime ita tenet Matien. *vbi supra nu. 2.* nempe quando maritus vestigialium vel alterius redditus fuit conductor, cuius cōductionis tēpus, mortis tempore non transierat, tunc enim credit lucra & damna ex huiusmodi cōductione post mortem mariti obuenientia vxori eius esse communicanda. Nec obstat fundamentum contrarium supra adductum quod res sit diuidua pro vnoquo; aīo cōductionis: quia respondeo, quod licet in contractu sint plures præstationes annuæ, obligatio tamen est vna & vniuersalis pro omnibus annis, ut late per *Ant. Gom. de qual. contr. l. 2. tom. 11. nu. 45.* Quæ obligatio cum sit contracta du æte matrimonio & occasione ipsius, consequens est vt de comuni solui debeat pro omnibus aīis cōductionis etiam futuris, per supra dicta.

S V M M A R I V M.

1 Concessa villa vel castro simpliciter, quamvis iure communis censentur etiam concessa iurisdictio & territorium, iure tamen Regio contrarium est dispositum.

L. i. tit. 1. lib. 5. Nouæ Collect. Regiz.

Q V Æ S T I O C X X X I.

Q V Æ R O J an iure concessa villa vel castro simpliciter, censentur etiam concessa iurisdictio & territorium? nam iure communis id patet, quia villa & castra sunt quedam nomina vniuersitatem designantia, quæ in se continent iurisdictionem, honorem & districtum & ius patronatus: ut in *c. ex literis, vbi Im. de iure patr. l. 1. §. cum urbem. & ibi Bar. ff. de offic. præf. l. vrb. & ita tenent plurimi relati per Greg. Lop. in l. 68. in gloss. Tal villa, tit. 18. p. 3. & D. Cou. in præf. 99. c. 1. num. 10. vbi opinatur hanc esse communem opinionem, & post alios ampliat vt etiam merum & mixtam imperium exceptis Regalibus in hanc concessionem veniat: Quod omnes procedere asseuerant in concessione castri, quæ a Rege fit priuilegij, venditionis aut beneficij titulo, ex ratione text. in *d. §. cum urbem*, nempe quia hæc omnia castro adherent eique accessoria sunt, secundum *Matien. hic. gloss. 21. n. 14.**

Iure autem Regio post l. de Alcala Regis Alfonso, quæ est nostra l. i. vers. si ibi, *Y si en los tales privilegios &c.* est dubium. cum lex dicat, quod in donatione castri vel villæ non venit iurisdictio, nisi expresse vel per verba æquipollentia hoc exprimat & colligatur ex concessione, ut voluit Greg. Lop. in l. 12. in verb. Segun los privilegios, tit. 1. part. 2. dicens hoc innuere illam legem, nempe quod si cessante privilegio vel consuetudine Rex concederet aliquam terram titulo Ducatus, Comitatus vel Marchionatus, non tamen intelligeretur esse concessa iurisdictio, nisi hoc expresse diceretur in priuilegio: Et quod forte ex illa lege orrū habuit dispositio nostræ legis quid in hoc esset de iure communi: nisi dicamus quod aliud sit in concessione feudum, quam in simplici donatione pura, cum differat a donatione, quia feudum datur ob causam, & non est pura donatio, ut in l. 1. ff. de donat. & sic quod nostra lex Regni loquatur in casu suæ donationis & in eo procedat, neque extendatur ad concessionem in feudum, quæ fit propter seruitia, & non pure, vt fit donatio secundum Greg. Lopez. in *d. l. 68. gloss. Tal villa*, qua ratio-

ne idem videtur concludendum in venditione villæ vel castri: quod in concessione in feudum, cum venditio fiat pretio, & sic ex causa onerosa: itaq; tunc temporis, etiam si non exprimat, veniat & concessa videatur iurisdictio: Remanet igitur incorrectum ius commune his duobus casibus, nempe in concessione feudum, & in venditione: quia solum procedit lex nostra & ipsius dispositio in donatione simplici & pura alicuius castri vel villæ, vt eo casu tantum non veniat neque censetur concessa iurisdictio, nisi exprimat, vt patet ex ipsamet, quæ tantum videtur loqui in donatione. Nihilominus tamen contrarium late probat hic Matien. *d. l. gloss. 21. n. 26. & sequent.* imo quod lex nostra non tantū loquatur & procedat in simplici donatione & pura alicuius villæ vel castri, sed etiam in concessione feudum, & venditione vt vtroque casu minime concessa videatur iurisdictio, nisi expresse concedatur: quia militat eadē ratio, vt iurisdictio intelligatur concessa in donationibus, quæ in ceteris casibus, imo & maior: Nam beneficia Principum latissime sunt interpretanda l. final. ff. de constit. Princ. & tamen in donatione clarum est nō ceteri concessam iurisdictionem, nisi expresse agatur: quare ergo in venditione & aliis contractibus, in quibus nō fit ita plena interpretatio, secundum gloss. & d. l. fin. dicendum est venditam fuisse iurisdictionem, nulla de ea facta mentione: Pro quo etiam facit l. 12. tit. 1. prim. part. 2. & quod ibi notauit generaliter ex ea Greg. Lopez. in *d. l. gloss. Segun los privilegios*, iam supra relatus: & ita Modernus Villalobos in sua Antinom. iuris litera l. n. 261. tenet generaliter de iure Regio, per nostram legem concessio territorij, nō transferri iurisdictionem, nisi constet ex verbis velle principem illam trāsferre correctæ communi opinionem supra dicta, quæ in contrarium erat: de iure communi idem asserit & tenet Olanus in sua concordia iuris, litera l. n. 86. Præterea lex nostra in superioribus partibus loquitur, tam in donatione quam in alia alienatione: vt constat ibi, *Fueren dadas, donadas, o enagenadas*, & ibi, *Hizieron donacion, o enagenacion*, & alibi sæpissime, & in fine partis de qua nunc agimus in *d. l. vers. T en los tales privilegios*, ex qua præcedimus ius commune in iisdem casibus quib. supra loquitur, nempe in donatione & alienatione, vt constat ex verbis supra modo relatis, ibi *Y si en los tales privilegios*. Nam illud nomen: *Los tales*, est relatiuum substantiæ præcedentem, vt patet: & sic in hac vltima parte loquitur in iisdem privilegij, instrumentis & donationibus, de quib. ante dixerat, & illud verbum *Cum*, refertur ad instrumenta venditionum: & hæc sententia mihi magis placet, nempe vt per nostram legem indistinctè corrigatur ius commune, tam in donatione, quam in alienatione castri vel villæ, simpliciter facta, vt minime concessa videatur iurisdictio, nisi expresse concedatur: inquit tamen Villalobos *vbi supra*, hoc in Principe esse verum: quia leges clare sunt sed in inferiore a Principe communis supradicta loca habebit: quæ restrictio mihi vera non videtur: nisi si in concessione Principis, quæ latissime est interpretanda, ut in *d. l. fin. ff. de constit. Princ.* concessio castro vel territorio non videtur concessa iurisdictio, nisi expresse concedatur per legem nostram Regia fortiori idem erit in priuato inferiori a Principe cuius concessio non ita expuserat sicut Principis.

S V M M A R I A.

1 Donatio vel concessio omnium vel maioris partis bonorum clerico vel ecclesie vel alij exempto, facta ex quibus donans tributum soluebat, an censentur facta in fraudem fisci, ac prouide non valeat, per totam quæstionem distinguitur.

2 Pater tributarius si donet filio prædium vel domum pro

- pro consequendo sacerdotio constitim prædium liberum esse ab omni tributo.
- 3 Mutatione persona mutatur qualitas inherens rei ratione persona.
- 4 Lex civilis non potest inducere presumptionem, vt alienatio facta in ecclesia censetur facta in fraudem fisci, & ideo non valeat.
- 5 Lex vel statutum quibus omnia prædia tributaria efficiuntur ad hoc, vt si in ecclesiam transferantur, cum suo onere transcant, non valeat.
- 6 Resolutio cum distinctione in principali quæstione constituitur.
- 7 Fraudis coniectura est, in proposito ideo minus idoneum inueniri donantem vel cedentem ad solvenda tributa.
- 8 Clericus consentiens scriptura donationis simulata sibi facta, tenetur in suo animam ad restituendum fisco vel eius nomine collectori, quemadmodum principalis dominus: sed solutione vnus alter restitutione liberatur.
- 9 Iudex secularis potest compellere clericum ad tributum solvendum, cum donatio vel cessio facta in fraudem fisci.

L. i. tit. 1. lib. 5. Nouæ Collect. Regiz.

Q V Æ S T I O C X X X I I.

Q V Æ R O J an donatio omnium vel maioris partis bonorum clerico vel ecclesie vel alij exempto facta propter quæ bona donans soluebat tributum esse censetur in fraudem fisci facta, ac prouide non valeat: Et videtur valere huiusmodi donationem. Primo, per text. in l. cum facultates, c. de hie numer. liber. vel pauperum excusat. mer. lib. 10. i. bi. Cum facultates tuas omnes in filium tuum contulisse te, nec quomquam habere proponas respectu patrimonij eius quod tuum esse desist, numeribus civilibus non astringeris: ex qua colligunt doct. quod sit pater tributarius donet filio prædium vel domum pro consequendo sacerdotio, constitim prædium liberum efficitur ab omni tributo, quod & probat l. 202. Styl.

Secundo, per text. in l. non ex eo. ibi, neque opinio eius ex hoc laeditur, ut male fidei emptor existimetur: alij itaque hoc indicij seruis probare debet, c. de evict. Ergo non est talis donatio fraudulenta existimanda, & contrarium dicens probare tenetur: Et sic merito ratione novi domini præd. bona a patre filio donata privilegium immunitatis habebunt: mutatione enim personæ mutatur qualitas inherens rei ratione personæ, vt hæc omnia late comprobatur Didac. Per. in l. i. tit. 3. lib. 1. Ord. col. 89. vers. vnde si pater, & 91.

Tertio, quia lex civilis non potest inducere presumptionem, vt alienatio facta in ecclesiam, fieri videatur in fraudem fisci vel tributorum, ob idque esse in validam, quia esset contra libertatem ecclesiasticam, secundum Bald. in l. nomine, n. 3. c. de sacros. eccles. & in a. h. nulla, n. 4. c. de evict. & cler. & in l. si. c. sine conf. vel red. seg. Mont. in l. 1. gl. Siempre guardadas tit. 5. lib. 1. For. Greg. Lop. in l. 5. in gl. El Rey tit. 6. part. 1. seg. plures refrens Didac. Perez *vbi supra*, col. 9. vers. hoc tamen intelligo, & latius dicens communem Matien. in hac l. i. tit. 10. lib. 5. Nou. Coll. Reg. gl. 5. n. a. post Mench. de success. creat. §. 10. n. 68. id ampliantem.

Ex quo t̄ falsa redditur cautela Barr. in l. rescripto, §. si. n. 5. ff. de muner. & bon. dicens posse dari consilium quo mediante ad collectas Ecclesie, & clerici reneantur, nempe si fiat statutum, quo omnia prædia tributaria reddantur, ad hoc, vt si in Ecclesiam transferantur: cum onere suo transcant: hoc tamen per l. generalem effici non potest secundum sup. distos Doctores: quia aduersus Barr. in hoc testantur esse veriores, & commu-

nem opinionem, præsertim Didac. Perez *vbi supra*, col. 90. d. vers. hoc tamen, & Matien. d. gl. 5. n. 5. considerans merito ob hoc l. 7. tit. 9. lib. 5. Ord. in. vers. que edita sunt ex cautela Barr. *vbi supra*, non fuisse rescriptam in hoc lib. Nouæ Coll. Reg. vt pote contra libertatem Ecclesie.

Sed pro contraria parte, imo quod prædicta donatio vel cessio, de qua est nostra principalis quæstio, censetur facta in fraudem fisci & tributorum, ac proinde nō valeat, probare videtur expresse d. l. i. vbi tit. 10. lib. 5. Nou. Collect. Reg. quæ ita se habet: *Muchas personas en fraude de no pechar, han hecho y hazen donaciones, assi a huos clerigos, como a estudiantes, &c. ibi: Porque el derecho presume que lo hizo cautelosamente, a fin de no pechar ni contribuir, que la tal donacion y traspassamento sea ninguno de derecho, &c.* Quid igitur expressius in nostra quæstione inueniri potuit? Sed per decisionem huius quæstionis resoluo, quod in dubio, cessantur iudiciis & coniecturis fraudis: prædicta donatio vel cessio vera, & non simulata præsumitur, ac proinde valida, vt in iuribus primo loco allegatis: si vero ex indicij, vel coniecturis constiterit fraudem admisisse tributarium bona sua alienantem in exemptum, ne pro illis bonis contribuat, & sic in fraudem fisci, tunc quidem officio iudicis compellitur pro præd. bonis contribuere, vel munera lubire, vt optime resoluit Petrus de Aniboli in tract. de muner. §. 4. n. 69. & Matien. in hac l. i. gl. 5. n. 6. Quo casu rescinditur etiam prædicta alienatio in fraudem fisci facta, ut in l. pen. vbi Alber. notat, c. de rescind. vend. l. 59. tit. 5. p. & in l. 111. Styl. per quam ita tenet A. vend. alios allegans l. p. c. 14. prætorum, n. 30. vers. item alij mittuntur, & nostra l. 1. Quæ iura hoc casu procedunt, & locum habent, alias non valitura, secundum Montal. Greg. Lop. Mench. D. Ferali. & Matien. *vbi supra* & conlita ex nostra l. i. in primis verbis a supra relatis, ibi, *Muchas personas en fraude de no pechar, &c.* Quod ex eo iuste præsumit lex, quia donatio de qua in hoc est omnium bonorum vt patet ibi: *Haz en los otros pecheros donacion y traspassacion de todas sus bienes: & iterum ibi: Haz en el vno al otro donacion, o traspassacion de toda su hacienda, & in d. l. 212. Styl.* At donatio omnium vel maioris partis bonorum censetur facta in fraudem, ut in l. omnes, §. Lucius ff. qua in fraudem credit. cum similibus, & sic est suspecta, & non valet in præiudicium fisci, secundum A. vend. *vbi supra*.

Accedit t̄ præterea alia fraudis coniectura, nempe ideo minus idoneum inueniri donantem vel credentem ad solvenda tributa vt expressim profertur nostra l. i. in vers. Por ende, vbi præcipua de isto ponitur, ibi: *T no se halla abonado para que se haga execucion en sus bienes, &c.* & ibi: *Y que a mengua de los dichos bienes, &c.* Aliter enim non procederet hæc l. vt inquit Mench. d. §. 10. n. 657. & Matien. *vbi supra* d. n. 6. sicque præsumptio d. libi: *Porque el derecho presume que lo hizo cautelosamente, a fin de no pechar y contribuir, que la tal donacion y traspassamento sea ninguno de derecho, fundatur in donatione, de qua in princ. l. illa loquuta est, nempe omnium bonorum, vt constat ex relativo. La tal donacion, &c. que, vt prædicti, ceterum iure facta in fraudem, ideo iudicata est in hoc dispositio nostræ l. Nec obstat contra hoc d. l. cum facultates, tuas omnes, vbi donatio fuit facta omnium bonorum, & tamē valet, nec pro eis tenetur contribuere donans, etiam si minus idoneus remaneat, vt constat ex illo text. ibi. *Nec quicquam habere proponas: Nā ibi constat veram esse donationem, ac bona fide factam fuisse, & non ad evitanda munera: quia facta non exempto, siq; non sumus in casu dubio, nec locus est in claris coniecturis, ut in l. continuis, §. cum iia, ff. de verb. oblig. quare recte gl. si. in d. l. cum facultates, limitat eam, nisi in fraudem facta sit causa evitandorum munerum. Ex quibus inferri Did. Perez *vbi supra*, col. 91. vers.**

quid autem, quod clericus consentiens scripture donationis simulata sibi facta tenetur in foro anime collectorum, quemamodum principalis dominus, & quod solatione alterius alter a restitutione liberabitur, quem refert & sequitur Marienc. d. gl. 5. n. 6. v. s. f.

Secundo, ex supra dictis deducitur, quod tunc iudex secularis poterit compellere huiusmodi clericum ad tributum illud solvendum, nempe cum donatio vel cessio fuit facta in fraudem fisci, ut ex Greg. Lop. in l. 1. v. i. v. p. refer. d. l. 1. Azcu. in l. 1. n. 2. tit. 1. l. b. 1. Nova Recop. sed Greg. Lop. vbi supra in gl. Por. raz. n. de sus personas, vbi de hac re agere videtur, non loquitur respectu dictae compulsionis in casu huius illationis, sed quando tributum est appropriatum ipsi rei quam possidet ecclesia vel clericus, tuncque primo refert sententiam Guilelm. de Cugn. tenentis, quod pro talibus censibus & tributis ipsi clerici postea conveniri & trahi coram iudice seculari: quia videntur conveniri res eorum tanquam astrixit non personae ipsorum clericorum, & nihilominus remanet opinio ipsorum clericorum, & de Cugn. tenentis, quod res ipsa pertinet ad forum seculare, & quod iudex secularis potest mittere ad rem ipsam pro tributo & inde id recipere: quia est de sua jurisdictione, tam universali quam particulari, per autem, in v. i. v. p. C. v. d. tit. 1. & tenet idem Bald. in v. i. v. p. C. sine cens. vel reliq. d. i. c. i. f. v. i. p. i. part. quest. 4. n. 2. Siquae diversus casus hic est ab eo, de quo est nostra q. nihilominus tamen si ab illo arg. sumere velis, idem in nostra deductione decidendum est, quod in casu Bald. & Greg. Lop. vbi supra nempe, ut quoties donatio in fraudem facta fuerit clerico vel alio exemplo, ne solvantur tributa, tunc possit iudex secularis rem ipsam vel res ipsas sic in fraudem donatas cogere, ut ex eis solvatur tributum, sed ecclesiam vel clericum donatarum compellere minime poterit, nec in personam ipsius aliquid facere per supra dicta. Et ita est intelligenda haec secunda illatio.

SVMARIA.

- 1. Latio ultra dimidiam iusti precij in venditore decepto contingit, quoties prove, que iusto precio valet decem, minus quinque dantur & sic de similibus.
2. Latio ultra dimidiam iusti precij in emptore latio que dicitur, magna controversia est inter auctores ac diversitas inter illos, Partita, verum ea sententia expedit hodie est tenenda, ut tunc dicatur latus emptor ultra dimidiam iusti precij, cum pro re iusto precio valente decem, dedit idem emptor plus quidecim.
L. i. v. i. 16. p. 2. 4. contrarium probatio intellectus.

L. i. tit. II. De las ventos y compras, y retractos lib. 5. Nou. Recop.

QUESTIO CXXXIII.

Quaero primo, qualiter expresserit latio ultra dimidiam iusti precij, ut locus sit remedi. l. 2. C. de re i. v. i. v. p. & legum huius Regni ea de re agentium: Et in venditore decepto ultra dimidiam iusti precij res plana est: nam tunc dicitur latus ultra dimidiam iusti precij, cum venditor minus dimidia eiusdem iusti precij accipit, ut si res iusto precio valet decem, & precium conventum minus est quinque, & sic de similib. precij responsive, ut constat ex d. l. 1. ibi sic nec dimidia pars veri precij soluta est: in gl. ibi. & communiter omnes scribentes, & in eorum causis, de emptio & vend. in hoc concordant, estque approbata hac sententia legibus huius Regni infra referendis, in tota Hispan. Gall. & vbiq; ut doct. nostri affirmant, & Per. Reb. 2. tom. in Constit. Gallie, in v. i. v. p. de re i. v. i. v. p. art. v. i. v. p. gl. 15. n. 1. fol. 197.

In emptore tamen maxima controversia est inter doctores, quando dicitur latus ultra dimidiam iusti precij ad d. effectum, quin & iure Partitarum computum minime est. Nam Azcu. in sum. & gl. in d. l. 1. & in d. c. e. cum causis, & vtrouque communiter Dd. existimant eum esse in emptore quod in venditore, nempe ut retineatur exemplum iusti precij, computata in vtrouque eadem quantitate, scilicet in venditore & in emptore, hoc modo: si pro re valente decem dedit emptor plus quidecim: tunc censetur latus emptor ultra dimidiam, & tunc de similibus exemplis respective, & ita manet omnimoda aequalitas in vtrouque. Sicut enim venditor ex valore rei dicitur latus, si dimidium eiusdem non accepit, ita emptor si plusquam dimidium precij eiusdem rei dedit: Et haec est magis communis & receptor opinio doct. v. i. v. p. Ant. Gom. in 2. tom. v. i. v. p. n. 2. Greg. Lop. in l. 1. v. i. v. p. 4. in gl. Estofria, & in l. 5. n. 6. in gl. M. de quinz. tit. 5. p. 5. Corral. lib. 2. Variar. resol. c. 3. n. 8. vbi affirmat haec omnium opinionem, quae receptor est, potius ardeat: e apud suprema tribunalia, Doct. Ant. de Padil. in d. l. 1. n. 40. & novissime Matien. in hac l. 1. gl. 3. n. 2. v. i. v. p. 5. Nou. Recop. qui omnes eam sequuntur & veriore profitentur, plures alios auctores pro ea allegantes, & probavit Rebuff. vbi supra, estque receptissima in praxi, quam expresse probavit d. l. 5. tit. 5. p. 5. ibi: Esto feria como si la cosa que valiese diez, maravedis, diese por ella mas de quince.

Sed contraria opinio in hoc plurimis auctoribus & quidem gravissimis placuit, nempe Petro, Gino, Rosendo, Spenulato. Abb. in eum d. l. e. h. n. 2. de emptio & vend. Oldendorp. Carl. Molino. Forcatul. Cora. 10. & Dian. ren. existimantibus tunc emptorem agere posse d. l. 2. actione, vbi rem emerit precio excludente plus duplo ipsum iustum valorem, ut si rem que iusta ac communi estimatione valet viginti, emerit quadraginta vno, quam sententiam suprad. referens probavit novissime eamque veriore esse existimavit Pinel. in d. l. 2. v. i. v. p. n. 6. & segg. C. de re i. v. i. v. p. e. o. quod seopus v. r. e. computationis in emptore & venditore sit, si quilibet eorum non accepit dimidium eius, quod dedit solum: Ergo in spici debet, an quilibet eorum accipiat dimidium eius, quod dat: nam in venditore fit computatio ex valore seu iusto precio rei quam tradit: in emptore ex quantitate quam dat, hocque diversis rationibus: Aliud enim est res aliud precium, aliud venditor, aliud emptor, ut in l. 1. ff. de veru. perm. Et praeterea sicut in venditore oportet, quod res duplo supervaleat precio convento, ut sit latio ultra dimidiam, ita in emptore oportet precium conventum plus duplo supervalere rei emptae: Et huc l. Reg. etiam approbata est expresse nempe in l. 16. tit. 1. part. 4. ibi. Esto feria como si alguno vendiese la cosa que valia veinte maravedis, por quarenta y uno. Itaque inter has opiniones haec differentia constituitur: Nam prior respicit deceptionem emptoris in eo quod dat, nempe in precio, posterior vero in eo, quod recipit ratione precij.

Quid tenendum in hac quaestione, tam iure communi quam Regio? Absq; dubio affirmo priorem sententiam esse veriore magis communem & in praxi receptissimam, ideoque tenendam in iudicando & consulendo, tam iure communi quam Regio ratione suprad. qualitatis servandae inter emptorem & venditorem, cum sint correlativi: vtrouque praeterea, quia d. l. 1. non considerat deceptionem ultra dimidiam alterius rei quam precij iusti, quod suppleri debet venditori, vel contraus rescindi, iuxta formam d. l. 1. At si opinio contraria vera esset, deceptio non solum in dimidia contingere, sed etiam in duplo iusti precij, quod est contra mentem & verba dict. l. 2. & ceterarum similib. Nec obstat fundamentum secundae opinionis supra adductum: Nam

Nam cum venditio a pretio iudicanda sit, non vero ab eo quod vtrique datur, sicut permutatio, quia vera venditio est permutatio pecuniae cum re, sed aestimatio rei per pecuniam, considerari tantum debet pretium, quod emtor dat ad sciendum, an latio ultra dimidiam iusti precij cogitur, ut in exemplo supra posito in priori opinione, si emtor dederit in pretium sexdecim pro re iuste valente decem, alioquin iuxta sententiam Cyni & aliorum in venditione vnus eiusdemque rei, quae iuste valet decem, difformis haberetur ratio, cum ad lationem ultra dimidiam venditoris tantum sufficerent sex, & ad eandem lationem emtoris essent necessaria vndecim, quae aequalitatis, nec correlatiuorum ratio patitur: Tenenda igitur est prior sententia, quam novissime expressim approbavit lex nostra l. huius tit. n. lib. 5. Nova Recop. ibi: O comprador de xere, que lo que valio diez, dio por ello mas de quince. Et sic amplius non est dubitandum de hoc.

Nec obstat l. 1. tit. 16. part. 4. contraria, cui vix congruum responsum adaptari potest, cum expresse contradicat alteri l. v. i. v. p. prior sententia adducta, sicque minime conveniunt resolutiones Gomefi vbi supra. Nam poterit dici incuria fortasse conditorum illarum legum modo hac modo illam opinionem fuisse approbatam, ut responderet Doct. Padil. v. b. 5. Ad ego id facilliter contingere potuisse per obliuionem, cum legum coditores homines sint, quos habere omnium memoriam potius diuinitatis, quam humanitatis fit: Et cum praedictae leges sub diuersis titulis & Partitis constitutae fuerint, opusque illud septem Partitarum sit latum atque totius prope iuris communis comprehensiuum & collectiuum, nil mirum si iudici Legumlatoris magno spatio teporis intermedio forte transiente atque diuersis Consulutoribus vtenibus, diuersa diuersis locis statuerint, sed illud praestare magis debet, quod ex proposito & in proprio loco & propria materia sancitur, nempe in ipso tit. de emptio & venditione qui est tit. 5. part. 5. vbi ponitur d. l. 56. rectius sentiens, quam d. l. 1. tit. 16. part. 4. Nam cum agitur de propria materia tituli accuratius ac maturioris consilio omnia considerantur, quam quoties per transennam & in loco aliquid adducitur; tunc enim accessorie profertur: atque ideo plerunq; ob defectum debitae considerationis saepe erratur: verum haec omnia iam hodie cessant, cum habeamus legem novitionem huius Regni approbantem expresse priorem sententiam, scilicet hanc nostram l. 1. Nova Recop. l. 1. v. i. v. p. in v. i. v. p. 5. relatis, quae necessario seruari debet, ut in prag. posita, in p. m. c. huius Nova Recop. Nihilominus tamen libuit praefatum adducere, ut intelligatur, quam iuste nostra haec lex priorem opinionem approbauerit, & quomodo haec res practiceretur.

SVMARIA.

- 1. Fructus cum re vendita an sint restituendi cum contraria re rescinditur ratione lationis ultra dimidiam iusti precij, lausissime discutitur per totam questionem: pars negativa eligitur.
2. L. 1. C. si maior factus sine decreto ratam habuer. intellectus.
3. Ad veritatem copula requiritur concursus vtriusque.
4. Emor latus ultra dimidiam iusti precij agens, rem cum fructibus restituere cogitur, si hoc elegerit venditor.

Eadem l. i.

QUESTIO CXXXIV.

Quaero t secundo an emtor conuentus remedio huius legis eligens restituere rem potius, quam

iustum pretium supplere, teneatur etiam fructus eiusdem rei a tempore traditionis perceptos restituere necne? Quaestio haec plurimum controuersa & valde agitata est per Doctores; pars tamen negatiua veteri mihi semper visa fuit, cum & receptor & in praxi tenenda. Primo per nostram legem & d. l. 1. C. de rescind. vend. cum similibus dispositionibus iuris Canonici de hac re agentibus: nam solum decidunt, quod sit in electione ledentis vel rescindere contractum, vel supplere iustum pretium, nec arcant emtorem ad restituendos fructus cum ipsa re: quod si vellet, expressissent, & tantum praecipiant, quod suppleat emtor iustum pretium vel rem restituat: et adimplebit igitur emtor alterum horum faciendo, retetis fructibus sibi vel interesse pretij: quia cum remedium harum legum olim ante earum promulgationem non fuisset cognitum, ut laic probat Pinel. in d. l. 2. part. cap. 1. num. 3. & segg. C. de rescindend. vendit. & ante eum plurique ex inter pretibus huius legis ita senserunt, secundum Padillam d. l. 1. n. 11. Nec vilo iure in terminis nostrae quaestiones reperitur cautum, ut fructus restituantur, sufficere obseruare atque adimplere legis dispositionem in specifica forma. Secundo pro hac parte allegatur text. in c. ad nostram de rebus Eccles. vbi res monasterij alienata fuit viliori pretio, adeo ut esset latio ultra dimidia, & adhuc restitutor sit sine fructibus, qui possessori redimuntur in compensationem laboris. Tertio, eadem sententia probatur, quia interim donec contractus rescissio fit, dominus vetus est emtor, & ideo propria re vitur titulo & bona fide, sicque fecit fructus suos, nec est in mora, nisi a tempore litis contestationis, sequuta postea condemnatione, & sic ipse habuit rem; ita venditor habuit pretium: Et ita hanc opinionem tenet Rota noua 116. quam refert & sequitur Fabian. de emtione & vendit. quaest. 8. num. 24. Panialcon de Crema & Cognol. nu. 49. in d. l. 1. Buri. & Inol. in cap. ad nostram de emt. & vendit. & vbi Burgens. nu. 76. Mantuan. lib. 1. locorum, cap. 6. ad fin. Cald. & Anchar. in cap. peccati venia, de reg. iur. in 6. Capoll. de simulat. contracti. verb. usura. 2. 5. 15. num. 4. plurimos referens testatur communem & receptiorem atque receptissimam, & eam sepiissime in praxi obseruata vidisse, Pinel. in d. l. 2. part. cap. 4. per 101. ibi eam latissime probat tenet atq; veriore profertur, defendens eam ab impugnationibus contrarij tenentium: quam etiam probauit verissimum appellans Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 2. nu. 23 & c. 4. nu. 21. & eandem sequitur ad Padil. in d. l. 2. n. 50. dicens, esse communem & in praxi receptam, & quod licet re vera contraria sententia satis ex iuris principiis, quae superius allegauit, probari posse videatur, superiorem praxim, ut aequiorem admittit: sed & eam sequuntur alii plurimi relati a Couar. l. 1. a. var. resol. c. 3. n. 9. dicens, quod ea praxis recepit, & a Matien. in hac l. 1. gl. 5. n. 6. eandem iure & in praxi probauit & tenet Mercado in suo traat. De tratoy contratos. tit. de vender y comprar al contado, c. 1. fol. mibi 61.

Contraria tamen sententia & sic affirmatiua, imo quod emtor eligens rem restituere, teneatur quoque fructus eiusdem rei reddere, placuit quibusdam, nempe Rosredo 4. par. de libellis, v. i. v. p. de act. cuius. quanto min. n. 20. Alberic. in d. l. 2. n. 16. & ibi Sahcet. num. 5. Matr. h. de Aff. in cap. 1. num. 150. de feud. dat. in vic. leg. com. vbi ait hanc partem esse certiore: ita consulti fuisse per immensos Dd. Cofta in l. Gallus, & quid sit tantum, 2. par. nu. 72. ff. de i. i. v. p. & posthum. quod sequitur Couar. vbi supra & Ant. Gom. sibi met contrarium in l. 70. Tauri, n. 29 & latissime eam probatur viginti fundamentis Menchac. lib. 1. controuers. v. i. v. p. cap. 71. num. 2 & segg. & latissime eam probauit Marienc. huius d. gloss. n. 7. & segg. dicens, hanc esse veriore & in praxi receptiorem, & num. 11. in fin. asseruat, non se. E e

mel hoc ipsum servari vidisse in praxi in Regia Cancellaria Pinciana, & n. sequentibus. respondet ad rationes prioris sententiae: Et huius secundae partis praecipuum & fortius fundamentum est, aliis omnibus, quibus satisficit bene Pinell. ubi d. cap. 4. & 4. & seq. ex l. 1. C. si maior factus alienat sine decreto. ubi dicitur. ibi, in arbitrio eius potest, an velit possessionem cum fructibus restituere, & si non velit, pecuniam cum competentibus usurio restituat. & text. in d. cap. ad nostram, pro. 1. part. adducto, ne probet eam, plures intellectus assignat Menchac. ubi supra, num. 6. & seq. Nihilominus tamen teneo, quod praedixi, nempe priorem sententiam, quae communis & in praxi recepta, secundum supradictos auctores, quibus credendum est. Quod si aliquando contrarium fuit obtentum, prout asserit Glossator novus, id peritro contigit; crebrius autem sententia negatua observata est, cum de hoc testimonio prohibeant tot, tamque illustres atque grauisissimi auctores.

Neque obstant d. l. 1. C. si maior factus in verbis modo relatu quoniam secundum Couarru ubi supra, ideo ibi res cum fructibus ab emtore restituenda est, quia idem pretium a se datum cum usuris restituebatur, quae cum hodie omni iure sint prohibita recte in praxi observatum videtur fructus ab emtore restituendos non fore; quo non obstante adhuc ipse Couarruias existimat opinionem Rosfedi affirmativam iustitorem habere causam: Verum haec solutio ideo no adstringit, quoniam cum convinci videatur iure illo attentio non esse veritatem praefatam receptissimam sententiam negatiam, quam nunc nos cum communi veritatem esse contendimus: praeterea non semel contingit, ut fides de pretio habeatur: quo casu non verificatur dicta compensatio. Quare Pinell. ubi supra, numer. 8. alter respondit illi text. nempe ideo ibi fieri restitutionem cum fructibus, quoniam duplex vitium contractum illum infecerat, prius alienationis fundi minoris facti ab eius curatore absque decreto iudicis: alterum deceptionis ultra dimidiam. iuxta gloss. & communiter Doctores ubi, quamvis in text. in minori pretio dicitur, ut ad idem fuisse dicitur: Quare nil mirum si fructus restitui debeat in casu illius text. qui est diversus a nostra quaestione, ut ibi late comprobare nititur: Sed nunc intellectum carpit Padilla, quoniam maioris facti rati habitio sustulit tam vitium defectus decreti iudicialis: & sic remanet in contractu vnicum vitium lationis ultra dimidiam: quod placet Matiene. hic numer. 7. gloss. 1. Quare ipse Padilla numer. 51. alium & tertium intellectum assignavit illi text. nempe ibi non agi de latione ultra dimidiam, sed de latione proveniente ex dolo incidenti contractum, unde fit ibi restitutum cum fructibus, utpote a mala fidei possessore, pro quo quaedam verba dicta legis primae appendit. Hoc tamen alieni videtur a mente & litera illius legis, ut probare contendit Matiene d. numer. 7. Quid igitur erit respondendum ad d. l. 1. quae maxime vrgere videtur pro contraria parte: Existimo intellectum Pinelli ubi supra, esse verum, hoc addito, quod ideo ibi consensus seu rati habitio maioris facti non sustulit vitium vitium, nempe defectus decreti iudicialis & minoris pretii, quoniam ibi maior factus cum praedicti consentum praedictae alienationi iam facta per curatore absque decreto atque minori pretio, illud utrumque vitium ignoravit: nam simpliciter nulla consultatione nec investigatione modi nec pretij alienationis facta, eidem consensit. Quare nil mirum ut hic consensus ita inconsultus idem non operetur ac si scienter praestaretur: vel si a maiore viginti quinque annorum a principio minori pretio ultra dimidiam celebrata fuisset: quare licet videtur propter dictum defectum decreti iudicialis minime habere locum ele-

ctionem, de qua hic, & in d. l. 1. quia cum praedium minoris absque solemnitate debita alienatur contractus nullus est: & ideo debet restitui praedictum pretium cum fructibus, nec admittitur error luppens iustum pretium, ut in toto. C. de praedictis in iur. ff. de rebus eor. attamen quia in specie d. l. 1. post praedictam alienationem & minore aetate maior factus indiserere & ignorans praedictos defectus, simpliciter consensit alienationi, licet huiusmodi consensus omnino sufficiens non facit ad confirmandam alienationem ratione supradicta; operatur tamen ut detur electio emtori, de qua ibi, ut suppleat iustum pretium vel restituat rem cum fructibus, reddito sibi pretio a se soluto cum vitiis, & ideo hoc casu restitutum fit cum fructibus propter inconsultum, nempe errorem, hoc est, ignorantiam facti, siquid dicitur esse casus a nostra quaestione, & a quo ad ea sumi nequaquam argumentum potest, cum ille constat sua diversa ratione, quae nostra speciei minime convenit. Qui intellectus aperte constare videtur ex litera cituldem legis ibi: Si minoris pretio dicitur esse pretium & inconsulto errore lapsum, patrem tuam perperam venditori consensum dedisse consistere & c. Nam conditionaliter & copulativum simul utrumque requiritur ad suam decisionem, nempe quod venditio facta minore pretio, hoc est, ultra dimidiam iusti pretii, secundum gloss. & Doctores, ibi & quod consensus praetius fuerit inconsulto errore, id est, per ignorantiam & absque deliberatione; hoc enim significare videtur verba illa, inconsulto errore, & quae sequuntur, ibi: Lapsum patrem tuum perperam venditionis consensum dedisse consistere: Deficiente igitur altero eorum, deficit decisio eiusdem legis. Nam ad veritatem copulae requiritur concensus utriusque, ut in l. si heredes plures ff. de condit. insti. vradit Bart. in l. 1. num. 2. ff. de iustitia & iure, & ibi late las. num. etia. 2. latissime Felin. in cap. 2. verbo copia de rescript. Bart. & Doctores in l. si is, qui dicitur, §. virum ff. de rebus dub. & Alexand. consil. 110. volum. 3. & ibi eius additio: Cum igitur casus nostrae quaestionis non sit huiusmodi, cessabit fructuum restitutio: Neque enim casus specialis atque diversus in facto atque in ratione d. l. 1. trahendus est ad casu ordinariam & generalem nostrae quaestionis arg. l. cum singulari, cum similib. ff. de legib.

Limitanda tamen videtur nostra magis communis opinio, ut per Pinell. ubi supra in d. 2. part. 4. num. 28. post Abb. & Bur. in emtore latio agente: nam rem cum fructibus restituere cogitur, si hoc elegerit venditor; quia voluntarie dicitur rescindere emtor contractum, non ab alio coactus, cu remedio nostrae legis egerit ad rescindendum cum, licet contrarium asserat se vidisse adhuc a Senatu iudicatum: Sed opinioem supradictam, & sic hanc limitationem sequitur etiam Matiene, ubi supra d. gloss. 5. num. 16. hoc intelligens, ut fructus restituit hoc casu emtor eius partis duntaxat, in qua lesus non fuit: hanc tamen restrictionem non probo, sed potius limitationem praecedentem indistinctam; quia in omnibus fructibus, quos emtor percepit militat ratio restitutionis assignata a Pinello ubi supra, nempe quia alias quotidie daretur occasio fraudibus, ut quis etiam ex industria casus emerit, nec ageret, nisi post plurimorum annorum fructus perceptos, sciens se fructus retenturum & pretium sibi restituendum: tunc etiam quia differentia Matienensium ratione fulcitur; nulla enim maior ratio aut minor existit, ut restituat fructus eius partis pretii, in quo lesus no fuit, qua eius in qua lesus, cu ipse egerit ad rescissionem contractus voluntarie & integros rei fructus percepit: denique, quia praedicta restrictio tria procedit iuxta tertiam opinionem mediam in quaestione principali de fructibus, (provi ipsomet Matie. fateretur) 3

quam

quam statim improbamus; ultimo, quia plures, ut vidimus, tenent limitationem, de qua agimus indistincte. Nec admittit tertiam opinionem, quam Gregor. Lop. tenet in nostra quaest. in l. 1. §. 1. part. 5. §. 1. gloss. Desamparar la cosa, dicitur, quod cum illa lex velit contractum iustum, ubi tanta lesio fuit deceptio intervenit, reduci ad aequalitatem, emtor tenetur restituere fructus pro parte pretii, in qua venditor fuit deceptus & restitit Cepol. de simul. contr. ad l. 1. §. 1. casu principal. col. fin. sicut in foro animae hoc tenentem: sed ipse Greg. idem tenet etiam in foro contentioso: quia habet maximam aequitatem & fulcitur auctoritate Gofredi & aliorum: quae sententia aequior etiam videtur Matienensium glo. 5. num. 16. sed nihilominus verior & magis communis opinio indistincte habet contrarium, ut nullos fructus emtor conventus teneatur restituere, & ita est tenendum ex supradictis, quod recepit praxis no solum Hispaniae, sed & Galliae: etiam ubi contractum rescindatur ex enormissima lesione, ut ex Casan. refert Pinell. ubi supra, in sin. verbis d. c. 4.

SVM MARIA.

1. Emtor conventus si restituit rem cum fructibus ratione lesionis ultra dimidiam iusti pretii, an possit petere iustum ac licitum interesse, quod ipse ex pretio a se soluto percipere ac lucrari possit, & sic an praedicti fructus cum interesse licito iusti pretii soluti compensentur: Resolvitur affirmativa.
2. Limitatio praecedens resolutionis assignatur quodam ea ubi relata.
3. Emtor deceptus conventus, si eligat potius supplere iustum pretium, quam rem restituere, non tenebitur usuras, & sic interesse licitum eius, quod supplet, solvetur.

Eadem l. 1.

QUESTIO CXXXV.

Quaestio 1. ultra circa praecedentem quaestionem, si emtor conventus malit vel forsitan sit condemnatus restituere rem cum fructibus iuxta secundam sententiam affirmativam de qua in quaestione praecedenti, quam videtur sequutus fuisse et forte alius, ut in casu limitationis modo in praecedenti quaestione adducta ad sententiam negatiam a meo, patrem, quam diximus esse receptissimam: an tunc possit petere iustum ac licitum interesse, quod talis emtor ex pretio soluto percipere & lucrari potuisset, & sic praedicti fructus cum interesse licito & iusti pretii compensentur: Et si quidem si emtor loco pretii non soluti annuum redditum quotannis venditori soluit, iustum quidem erit, id emtori restituere vel cum fructibus compensare, ne venditor rescisso contractum cum iactura emtoris locupletetur, in quo iudicis arbitrium plurimum poterit, secundum Couarr. lib. 2. var. resol. c. 2. num. 2. in fin. que sequitur Martien. in hac l. §. 1. num. 1. lib. 5. No Recop. Ceterum si venditor nihil lucri ex pretio sibi praestito recepit, no creditur novus glossator debere cu fructibus compensari usuras nec interesse pretij, quia non poterit de hac conqueri emtor, quando quidem sibi liberum fuit contractum non rescindere supplendo iustum pretium: cum igitur illud elegerit, & sic rem emtam restituere, nil mirum si cogatur fructus quoque restituere, usuras autem pretii non potest habere, cum prohibita omni iure sint licet antea tempore Diocletiani & Maximianae conditorum d. l. 1. C. de rescind. vendit. & in l. 1. C. si maior factus esset uti. perm. atque ideo admittebatur compensatio, ut in d. l. 1. in fin. Nec ad praedictam compensationem confert aliquid decisio l. curabit, C. de actionib. emt. quoniam ibi alia ratio fit compensatio interesse pretii cum fructibus, quae in nostro casu non militat, ut recte aduertit Couarruias & Matiene. ubi supra.

Nihilominus tamen hoc non obstante, contrarium teneo in nostra quaestione, ut in casu ipsius fiat compensatio fructuum cum iusto & licito interesse pretii venditori soluti, quod interesse iustum & commune, licitumque est in nostro Regno ad rationem vnius pro quatuordecim ut in l. in. in. 15. infra hoc lib. 5. quonia cum emtor reddidit fructus, merito ut venditor interesse soluat pretii in compensationem fructuum illud nepe, quod emtor licite lucrari potuisset ex pretio soluto, quia hoc non ut usura, sed ut licitum interesse praedictur, & haberi potest omni etia iure, iuxta gl. & Dd. in cap. conquisitus, de usuris & rationem d. l. curabit, quae hoc casu limitat, & in terminis nostrae quaestionis ita tenet Ant. Gom. in d. l. 70. Tauri, num. 9. & Greg. Lop. in d. l. 6. in gloss. Desamparar la cosa, in versic. post haec scripta. tit. 5. part. 5. ubi refert Rosfedi. Benevent. hoc expresse tenentem, nempe quod si emtor eligat restituere fundum cum fructibus, recipiet pretium, quod dedit cum interesse, quod in regione frequentatur, hocque absque vilo dubio procederet, quando emtor habebat contra se super bonis constitutis alios annuos redditus quos redimere potuisset vel partem eorum praedictorum pretio, quod soluit venditori respectivo, & quia illud soluit, eos non redemit, sed redditus censuario persolvit vel solvere tenetur: tunc enim emtor hic praedicto casu agere videtur de damno evitando. Ideoq; sibi reddi debet pretium cum praedicto iusto licito interesse, idem esset iuxta modo proxime citatos Dd. etiam si praedictus emtor nullos annuos redditus super suis bonis contra se constitutos haberet, sed tantum ageret de lucro captado, cum hoc lucrum licitum atque permillum sit, & illud emtor consequi iuste potuisset cum praedicto pretio, si illud venditori non soluisset, hocq; praemaxime in hoc casu locum habet ratione equalitatis servandae inter emtorem & venditorē in iudicio, iuxta l. cum quidam, & similit. de fidei. & lit. expens. cum venditori fructus rei suae restituantur: Ergo & emtori inter esse iustum & licitum sui pretii soluti debet id, quod post litem contestatam a fortiori locum habet, cum per eam litigantes in mala fide constituantur, & ab eo tempore possessor ad restitutionem omnium fructuum teneatur, ut in l. certum, C. de rei vendit. late per Arias Pinell. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. in 2. part. cap. 4. num. 60. & sequentibus.

Supradicta tamen nostra sententia limitari iure poterit casu tertiae opinionis in quaestione proxime praecedente, nempe quando restitutum fructuum fieret tantum pro parte pretii, in qua venditor fuit deceptus; tunc enim cum illa parte pretii, in qua contigit lesio: cauterit venditor, quia in ea fuit deceptus, marito ut nullum interesse illius partis pretii no solvi teneatur venditor solvere emtori, sed tantum vbi pretii quod recepit. Sed tamen eo casu, quo emtor conventus eligat supplere iustum pretium potius, quam rem ipsam, teneatur etiam usuras pretii, quod supplet, solvere, & sic interesse licitum: & non teneri eadem rationes, quibus supra quaestione ab hinc secunda probavimus, cum receptiore sententia ad fructuum restitutionem non teneri, si rem restituere malit, militant, ut proficitur Padill. in d. l. 2. num. 52. dicens, minorem esse in hoc difficultatem, quam in fructuum restitutione, & ita existimo esse tenendum, quamvis contrarium expresse in suis terminis aduertit Padillam teneat Matienensium in hac l. gloss. 5. num. 15. cum Gregor. Lopez. ubi supra, in versic. finaliter. Sed hi duo cum tenerint tertiam opinionem mediam circa restitutionem fructuum, ut supra in d. quaest. vidimus, eandem tenent circa interesse pretii, quod emtor non dedit, quoties ipse elegerit supra iustum pretium potius.

E e 2

saltem dimidium eius quod dat, nam tunc militat etiam regula iuris de sustinendo contractu, & alia quod in dubio non censetur laesio ultra dimidiam: quod ex glossa notat Bald. & ibi Cuman. in fin. princ. in l. si fundus servilis de reb. cor. refert & sequitur Pinel. in d. l. 1. 3. part. cap. vlt. num. 43. dicens in praxi magis recipi.

Contraria tamen sententia, imo quod hoc casu laesus in permutatione equiparetur emtori, ad hoc vt fiat computatio ad sciendum, an cotigerit deceptio ultra dimidiam, incipiendo a re, quam ipse accepit, vt in exemplo supra posito est equior & forte verior mihi que placet. Nam cum hic casus no sit declaratus per nostram leg. sicut est, quando deceptio contingit in venditione vel emtione, & cum in permutationibus non detur pretium, non possit regula & computatio tradita inter emtorem & venditorem a nostra lege verificari omnimodo inter permutantes citra probationem laesionis: & necessario ad hoc sciendum debeamus laesum, vel emtori vel venditori equiparare, vt hoc cognitio statim computatio fiat, videtur verius eum emtori equiparandum, quandoquidem & tunc in exemplo supra posito contingat laesio ultra dimidiam iusti pretii, & quilibet fauere sic laeso, eidemque succurrere, quia agitur de damno vitando, reus vero de lucro captando: facienda est, nempe comparando laesum venditori, vt supra vidimus praecipue cum nullo iure inueniatur decisum, cui sit comparandus hoc casu laesus: conuenit igitur in dubio, vt potius equiparetur emtori qua venditori ratione praedicta, quod voluit Paul. in l. 1. num. 10. de rerum permu. quam sententiam in nostris terminis probauit nouissime rectoris Matien. hic glossa 7. num. 1.

Non obstant, quod semper inspicendum sit, an quis saltem accipiat dimidium eius, quod dat, hoc namque procedit in venditore, & ad hoc, vt non dicatur laesus, si recipiat dimidium eius quod dedit, non vero in emtore. Nam is etiam si receperit dimidium eius, quod dedit, si tamen dedit supra iustum pretium eius, quod dedit, & sic poterit vii remedio nostrae leg. iuxta tradita supra in quaest. super hac l. 1. Erat exemplum, si emtor pro re iusto & communi pretio valente quinquaginta, dedit septuaginta & sex, ecce recepit plus quam dimidium pretii, quod dedit, & nihilominus, quia dedit iustum pretium, & insuper plus quam dimidium ipsius, dicitur laesus ultra dimidiam: nos vero non agimus de hoc sed cum equiparandus sit in nostra quaestione permutationis laesus an venditori vel emtori.

Non etiam obstant duae regulae iuris de sustinendo in dubio contractu, & quod etiam in dubio non iudicetur laesio ultra dimidiam: hoc enim procedit in dubio quando non constat de laesione ultra dimidiam, & sic an sit contractus rescindendus necne? At vero in nostra quaestione constat de laesione ultra dimidiam, si computatio fiat incipiendo a re quam ipse laesus accepit, & sic equiparando eum emtori: Dubium vero in eo versatur, an ei vel venditori sit equiparandus laesus: quo dubio stante, aequior & fauorabilior pars accipienda est, vt deceptus succurratur, & sic iis, qui agunt de damno vitando: quod & voluit Pinel. vbi supra d. n. 41. dicens, quod si actor bene probauit hanc laesionem ultra dimidiam, obtinere debeat, licet ex probatione conueni obsecratur eius probatio: quia tunc non est causa in ambiguo, cu probatio actoris per se plena & effica sit, iuxta l. ob carm. §. fin. de testibus, & quia pro agente tunc viget et aquitas in qua fundatur lex illa.

SVM MARIA.

Specialis renuntiatio tollit remedium l. 2. C. de rescind. vend. cum simul etiam si renuntians eo tempore igno-

rauerit iustum rei pretium, nam si sciret, non esset necessaria renuntiatio

2 An hoc renuntiatu specialis d. l. 2. & simul, sufficienter valida sit, si in eodem instrumento emtione & venditionis opponatur, resolutur affirmatiue.

3 Hoc limitatur in rusticis, feminis & minoribus, item aliis personis quibuscuque enormissime laesio, etiam cum iuramento.

Eadem l. 1.

QUESTIO CXL.

Verò ¶ cum communis sit sententia, quod specialis renuntiatio l. 2. C. de rescind. vend. nostra leg. tollat renuntiantium remedium carundem, etiam si renuntians eo tempore ignorauerit iustum rei pretium: nam si sciret, non esset renuntiatio necessaria, nos quod deduximus in nostro tract. de iuram. confir. 1. part. c. 26. n. 1. & nouissime post me Matie hic in hac l. 1. gl. 8. n. 1. quamuis Rebuff. in 2. tom. confir. Gall. in tract. de rescis. contral. art. vnic. gloss. 13. nu. 21. dicat, non feruari in Francia praedictam sententiam Dd. sed potius contrariam. An ¶ haec recepta sententia procedat, etiam si in eodem venditionis contractu renuntiatio apposita fuerit, vel an requiratur ad sui valorem quod seruium ex interuallo fiat, alius sit nullius momenti: Et hanc quaestionem latissime examinauit Couar. vbi supra n. 1. & seqq. vbi refert Laurent. Calcan. confir. 1. 5. num. 27. tenentem renuntiationem laesionis ultra dimidiam ipsi contractui venditionis appositam, nisi ex interuallo fiat, nullius esse effectus: cuius opinionis fundamenta refert ibi Couar. apud quem poterant videri: nihilominus tamen probat contrariam sententiam, §. 9. sit. 1. part. 1. & allegat Bart. & alios ita sentientes. Et tandem in fin. n. 4. quod quamuis sepius viderit in forensum causarum allegationibus proponi renuntiationes dictae constitutionis secundae inualidas esse, eo quod in eodem instrumento venditionis scripta sit, vaticque ad iudicibus admitti & refelli, profecto non videtur, cur ea allegatio admittenda sit, quam etiam sententiam aduersus alcan. nos quoque probauimus vbi supra, num. 3. vbi addidit eam tenentem Padill. in d. l. 1. n. 42. ad fin. C. de rescis. vend. & nunc quoque probat. quamuis nouissime contra sententiam Calcan. vbi supra, dicat veram & sibi multum placere Matien. in hac l. 1. gloss. 8. n. 43. addens praeterea eam vidisse in praxi quotidie feruari. Nam communiter in instrumentis emtionum seu venditionum hac clausula apponi solet & nihilominus videmus locum esse remedio d. l. 2. & nostrae legis, quia talis renuntiatione non procedit ex deliberatione, nisi ex interuallo opponatur, vt colligitur ex Ant. Gom. 2. tom. var. c. 2. nu. 26. Sed teneo, quod praedixi, ex supra adductis.

Limitanda ¶ tamen est haec nostra sententia duobus modis, vt laeio diximus in tract. de iuram. confir. c. 2. n. 1. & 7. nempe in feminis, rusticis & minoribus: ite & in aliis personis quibuscuque enormissime laesio etiam cum iuramento renuntiantibus expresse d. l. cum simul, impetrata; tamen ad cautelam relaxationis iuramenti ad effectum agendi. De feminis rusticis & minoribus no iurantibus, idem cum aliis probat Caroc. locati & cond. d. l. 1. part. c. de rel. con. vid. nu. 24. vbi cum veriori & magis communi opinione, & quae de consuetudine passim feruatur hoc limitat, quando praedictae personae iurauerunt contractum, licet non fuerint certiorata: & nu. 35. cum seqq. fol. 47. plurimos allegans, sequitur secundam limitationem supra dictam de enormissima laesione etiam cu iuramento, dicens esse commissam sententiam, impetrata tamen eius relaxatione ad effectum agendi & excipiendum, vt praediximus.

SVM-

SVM MARIA.

1 Lex 2. C. de rescind. vend. cum simul an habeat locum in transactione, latissime agit per totam quaestionem, & in hoc n. 1. resolutur cum communi non habere locum, considerando laesionem iuxta valorem rei super qua transigitur.

2 Dicit l. 2. non habet locum in transactione, considerando etiam laesionem assento dubio eueniit litio & causa supra qua transigitur, iuxta communem & veriorum sententiam, quamuis contraria sit etiam communis.

3 Refertur tertia opinio Doctorum media inter supra dicta, habens, quod si excessus ultra dimidiam sit modicus, non reformatur transactio, alius fecit.

4 An hodie procedat hac media sententia, assento l. 34. tit. 14. p. 5.

5 Vbi aduersus instrumentum dolose absque, rescinditur transactio ex deceptioe ultra dimidiam.

6 An idem sit quando transactio fit ante litem motam.

Eadem l. 1.

QUESTIO CXLI.

Verò ¶ an remedium l. 2. C. de rescind. vend. & nostra l. 1. tit. 11. lib. 5. Noue Recop. habeat locum in transactione? Ancep profecto & difficillima quaestio est, adeo, vt vix digno loci possit que sit verior atqueceptor opinio. Quamobrem latissime esset examinandus articulus hic, nisi nostrates hoc munus prius recte expleuissent, & nisi controuerfia iure nostro Regio esset iam sublata, ideo in lamina referam ambas opinionones contrarias, & quid tenendum sit insinuabo.

In primis ¶ aduertendum est, quod si consideremus laesionem iuxta valorem rei super qua transigitur, non est locus laesioni ultra dimidiam nec alia multum maioris laeio duplum, etiam si laesus probauerit iustum fouere causam: Ita quod secundum iuris sanctiones obtinere debuisset, iuxta tex. in l. Lucius, 78 §. si ad Trebell. ita tenent communiter Doct. sic intelligentes tex. illum, secundum Arias Pinel. in d. l. 1. 1. part. c. 4. num. 12. quamuis in Francia contrarium in forensi iudicio seruatur, vt attestatur Petr. Rebuff. 2. tom. comment. tracta. de rescissione contral. artic. vnic. el. 15. nu. 18. Alia inspectio est attento dubio eueniit litis vel causae super qua transigitur, si forte transigens laedatur accipiendo minus dimidia parte eius quantitatatis. quam experti homines pro iure & causa communiter darent: vel eouerso, si laedatur transigens dando plus dimidia eius quantitatatis, quae communiter pro iure aduersarii daretur: quo casu communiter Docto. inter se variant: Nam gloss. in eum causis, de emt. & vendit. indistincte in transactione negat locum esse remedio huius legis quam partem sequuntur & dicunt communem plures relati per Pinel vbi supra, n. 13. & per Padill. ibid. n. 23. qui eam probat & existimat esse veriorum & magis communem, etiam de iure communi octo fundamentis, ibi per eum adductis, quam vltia eum testatur etiam magis communem Ial. in l. in summa, n. primo n. 5. de condit. ind. eandem etiam dicit communem & veriorum contra Bar. Matth. de Afflict. decif. Neapol. c. 6. nu. 1. & 3. dicens sacrum Consilium Neapolitanum iudicasse contra Bartol. Eiusdem tamen sententiae plurimos auctores congerit Matien. in hac l. 1. glossa 8. nu. 53. dicit communem & magis communem plures referens Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. conel. 1. de emtio. & vendit. num. 68. pag. 205. colum. 1. est communis secundum Menchac. lib. 1. controuerf. confir. 2. ar. 61. num. 0. vbi plurimos id affirmantes & eam sequentes refert, Bartolus autem in dicit. l. 2. n. 1. C. de rescind. vend. & in l. si quis cum aliter, nu. 5. de verber. oblig. tenet contrarium;

imo quod secundum hanc secundam inspectionem habeat locum remedium harum legu in deceptis ultra dimidiam iusti pretii in transactione; considerato dubio eueniit litis vel causae, & est equior, & sic in iudicando & consulendo tenendus, teste Fabiano & alio, quos refert & sequitur Rebuff. vbi supra, nu. 19. dicens, quod eam audiuit multis arrestis curie confirmatam, quam sententiam plurimi etiam Doct. sequuntur atque dicunt communem & magis communem; quos referunt Pinel. & Padilla, vbi supra, ille nu. 14. hic n. 27. Quinimo ipse Pinel. hanc probat & recepitorem esse affirmat, & latissime eam fundat atque respondet fundamentis contrariae partis: Eandem etiam alios allegans sequitur & dicit in terminis iuris communis veriorum & recepitorem Matien. vbi supra, n. 59. dicit etiam communem & magis communem Anto. Gabr. vbi supra, vbi n. 73. dicit hanc opinionem proculdubio procedere in minore transigente & enormiter laeso, secundum Beiran. confir. vol. 1. Eandem sententiam dicit communem & magis communem; veriorum & tenendam, plures referens, praecipue data enormissima laesione Doct. Burgos de Paz Senior confir. 19. & seqq. eam testatur communem & magis communem, plures referens, Menchac. vbi supra, qui nu. 10. denique inquit, quod haec pars hodie iure Regio, quo vitur, probari videtur in l. 4. tit. de las vendidas, 7. compras, lib. 5. ordinar. que licet non fat aperte id probet, tamen in sui generalitate recte aptatur, fuitque eius generalitas sufficienter, vt visibus Hispanorum forensibus haec pars recepta fuerit, secundum ipsum addentem, quod licet equior a non paucis nostrorum vocetur, sibi semper longe iniquior visa fuit, & profecto in puncto iuris quaelibet harum opinionum potest sustineri: Mihi tamen semper visa fuit verior praecedens negatiua: Iure tamen Regio fodata videtur haec ingens controuerfia. Nam per l. 1. tit. 14. p. 5. expresse approbatur supra dicta prior opinio negatiua in illis verbis: E potende dezimos, que la auentoria el pleyo que assi fuesse fecho, que deue ser qua: dado tambien por la vna parte como por la otra & quanto quer que montasse aquella parte que quisasse el demandador, no la podria despues demandar. &c. Et ita Greg. Lopez ibi, in gloss. quanto quier, hoc expresse notat & tenet, nepe quod illa lex approbat priorē negatiua, siue consideretur affirmatio secundum dubium euentum litis, siue non, & dicit eam menti tenendam: quia tollit dictas opinionones simo & vult illa lex, quod etiam sit enormissima laesio in transactione, non rescindatur, cum dicat: E quanto quier que montasse; quia nihil excipit: quod & notat Doct. Anto. de Padilla & Matien. vbi supra, nu. 5. in fine, & num. 45. dicens, esse text. expressum in dicit. l. Partida, atque ideo in nostro Regno seruandum.

Ex quo cessare iam videtur tertia opinio quorundam existimantium, quod si excessus ultra dimidiam sit in modico, non rescindatur transactio: si vero laesio sit multo maior dimidia, rescindatur: quod tenebat Philip. Corneus confir. 106. Decius & alii relati a presario Madernu. vltia quos eandem opinionem tenebat Beneuenut Anchar. in tracta. u de spons. 4. part. in §. quarto igitur nu. 2. pag. 199. & plures referens Doct. Burgos de Paz vbi supra dicit. confir. 19. nu. 21. vbi id intelligit cum Corne. etiam si transactio iureiurando sit nuntiat: Quinimo ita fuisse rem hanc apud Pinciani auditorii Auditores expeditam refert Doct. Anton. de Padilla, vbi supra, num. 23. ex eodem Matien. in Dialog. relati & aduoc. 1. part. c. 20. nu. 10.

Nihilominus ¶ etiam haec media opinio quamuis, aequa, hodie in nostro Regno procedere posse non videtur, cum indistincte remedium harum legum minime habeat locum in transactione, etiam data causa.

missima lesione, ut in dict. l. 54. in verbis supra relatis, per quam ita tenet Gregor. Lopez ibi, in gl. supra dict. & Matenc. in presentibus dict. gl. 2. m. 55. Summa enim cum ratione & maturo consilio lex illa condita fuit ad tollendas novas lites super transactionibus semel factis, precipue cum probatio in his terminis super dubio euenit difficillima sit, rarissimeque reperietur, vt agnoscent oes scribentes, nemo enim vult lites emere.

Contrarium tamen late probat & tenet aduersus Gregor. Lopez vbi supra, Dominus Burgos de Paz, vbi supra, precipue numero decimo octauo & seqq. imo quod predictum remedium harum legum habeat etiam hodie locum in transactione, data enormissima lesione cum eodem Matenc. in d. dialogo relator. vbi plures intellectus ambo assignant dict. l. 54. Partita. ne obstat lux opinionum. Primo, vt constat ex Burg. vt ipsa exhibenda videtur, cum verus rei valor perpenditur, non vero quando consideratur dubio euenit circumspectu, vt insinuare videtur verba supra relata, ibi: E quanto quier que montasse aquella que gustasse, &c. Quae verum rei valorem concernunt, non vero aestimationem dubii euentus lris vel causae super qua transigitur. Secundo, vt non procedat lex illa Regia, vbi adest enormissima lesio. Vel tertio, & denique quod d. lex minime locum habeat, cum dolus interuenit, vt palam ipsa cadem insinuat, qui quidem dolus ex enormissima lesione adest, vt probatur in l. qui superstit. C. de dolo. & alibi saepe. Et licet praedicta lex doli exemplum explicet, quando instrumentum occultatur, non ardet regulam, argum. l. licet. §. regulam, cum similib. de iur. & facti. §. 2. & ita huc sua sententia ad tutum accedit potum, secundum eandem ibi, & nu. 23. ampliat praedicta plures allegans, vt procedant etiam in eadem scriptura transactionis iudicis & Principis decretum interuenient, quia iudicis decretum non facit cessare lesionem enormissimam, quae ex serie processus constat, & nu. 27. & seqq. latissime explicat sufficere, constare ipsam lesionem enormissimam ex actis processibus antiquae lris, seu alias: licet nouis testibus ipsa non probetur secundum dubium euentum, & tandem in fine consilii dicit, ita pronunciatum fuisse iuxta suam sententiam.

Nihilominus tamen dict. l. Partita fortissima est in contrarium: quamuis hac opinio posterior aequa videatur, & fortassis aliquando feruata pro meritis causae, nempe quando euidenter ad oculum constaret de lesione enormissima, considerato dicto dubio euentu lris, vel causae, super qua fuit facta transactio: secus vero alias, quando lesio praedicta non esset adeo notoria, quin contrarium posset videri vel quando lesio enormissima esset atque consideraretur simpliciter, iuxta valorem rei super qua transigitur, quo casu vere loquitur d. l. Partita, & in eo supra in principio huius quaestionis resoluiamus absq; dubio non habere locum remedium nostrae legis & similiarum: sicut per hanc concordiam in effectu reducitur ad tertiam mediam opinionem inter priores duas communes supra relatas, quae sequor est & in praxi admittitur atque obtenta, vt constat ex Matenc. in dicto dialogo relator. & Burg. de Paz vbi supra. Et haec est prima fallentia ad d. l. Partita.

Secundo fallit eadem l. Regia, vbi aduersarius dolose instrumenta abstulit, aut rebus impedimento fuit, ut in fine d. l. 54. excipitur, vel si forte instrumenta celauerit Greg. Lopez, ibid. in gloss. Fazerle perder las cartas. & Matenc. hic in d. gl. 8. n. 57.

Tertio limitat eam legem Gregor. Lopez ibidem in fine gl. primo loco allegat, vt procedat in casu, quo loquitur, quando transactio facta fuit lite iam mota, ita quod transigens intellexit quale esset ius suum, sed tamen casuallationes aduersarij, transegit. Vnde forte

inquit in lite non ita mota & transigente non habente noticiam iuris sui, procedere forte dicta communis opinio affirmatiua, saltem in lesione enormissima re tali in meo tractatu de iuramento confirmatorio, 3. part. cap. 2. n. 27. quod verum non credit, & recte Matenc. d. nu. 57. cum posuit transigi ante litem motam timore lris futuri, ut in l. 2. C. de transact.

S V M M A R I A.

- 1. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. cum similib. an habeat locum in assecurationibus mercatorum pecunia traiectione per totam quaest. resoluitur affirmatiue, & idem in pecunia accepta pro fideiussione.
- 2. Valet consensio pecunia data, qua aliquis volens pecuniam traicere, promittit eam saluam fore, aut suo periculo perituram.
- 3. Fideiussor potest restituere iure optimo pecuniam quam a debitoro pro vadimonio accepit, dummodo ultra dimidiam deceptio non contingat.
- 4. Hoc fallit quoties inspecta qualitate & conditione debitoris nullum ex fideiussione immineret periculum.

Eadem l. l.

Q V A E S T I O C X L I I.

Q V A E R O T an remedium nostrae l. 1. & d. l. 2. C. de rescind. vend. habeat locum in assecurationibus mercatorum pecunia traiectione si ultra dimidiam lesio contingat? Quod iam tenet contentio pecunia data, qua aliquis volens pecuniam traicere, promittit eam saluam fore, aut certe suo periculo perituram, est in consilio ex l. 1. & l. cum propositis, C. de nau. sanor. & testatur communem opinionem esse Anand. 2. p. cap. 12. Praet. nu. 12. col. 7. & in foro animum licitum esse contractu hunc testatur Dominicus a Sorolis. de iust. & iur. q. 5. arti. 1. que refert & sequitur Doct. Ant. de Padilla in d. l. 1. n. 15. & Matenc. in hac l. 1. glo. 8. n. 62.

In hoc igitur contractu si pecunia data sit, ita habita ratione dubii euentus atque periculi, quod potuit imminere illi pecuniae, alteretur ex coherentibus vltra dimidiam iusti pretij deceptus sit. videtur non esse locum harum legum remedio, nisi lesio enormissima contingat, vt late praebat Beneuennus. Anthonis, in tract. de iur. §. 4. p. 4. quae igitur n. 4. & seq. pag. 190. ex his, quae in transactione superiori quaestione dicta sunt iuxta tertiam opinionem Cornei & aliorum.

Contrarium tamen rectius probauit Petrus Sanchez, in tract. de assec. at. & iur. mercat. c. p. n. 4. & seqq. Imo quod facta aestimatio verisimilis dubii euentus, si reperiatur aliquis ex praedictis, assecurator, vel assecutus deceptus vltra dimidiam pretij, fiat rescissio per d. l. 2. C. de rescind. vend. & n. 9. ponit praedictam & exempla quomodo hoc casu aestimanda sit lesio ad cognoscendum, an minus iusti pretij receperit vel non: quam sententiam sequitur Doct. Ant. de Padilla in d. l. n. 25. & Matenc. d. glo. 8. n. 61. qui numeris sequentibus idem esse arbitrat, si quis pecuniam a debitoro accepit, vt pro eo fideiuberet: Na si habita ratione dubii euentus atque periculi, quod huius fideiussori ex facta fideiussione posset obtinere, fideiussor hic deceptus debitoro, posset debitoro contra eum agere remedio harum legum. Secus si intra dimidiam iusti pretij fideiussor pecuniam pro vadimonio accepisset: Nam posset eam iure optimo restituere, vt in l. si remunerandi. §. Materius Paulus vbi mercatorum pactus ob suam fideiussorem ff. mand. cum similib. Et hanc esse communem opinionem ex eodem Doct. Ant. & Couar. alios allegans testatur Doct. Ant. de Padilla in d. l. 2. n. 27. & Matenc. d. glo. 8. n. 61. & Bacc. de iure debitor. c. 5. n. 24. quam etiam tenet Anand. vbi supra. col. 4. vltimus.

illius num. Hoc tamen est limitandum, quoties inspecta qualitate & conditione debitoris, nullum immineret periculum fideiussori: quia tunc videtur ea praedictio facta ficto & simulato periculo in fraudem vltimum, ut tenet Couar. in tract. de iur. §. 3. n. 251. Doct. Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 1. n. 6. quod & videtur tenere Syluest. in sua summa. verb. fideiussor. nu. 14. praecipue quando fideiussor loquutus est cum creditore, vt non aliter credat, quasi le fideiussorem praestiterit, & hoc spe lucri Baeca tamen vbi supra n. 26. & seqq. tenet contra comunem supra dictam sententiam cum sua limitatione supra relata, & comunem soluit in quatuor casibus, quos ibi refert & fingit: sed nihilominus communis est tenenda.

S V M M A R I A.

- 1. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. cum similib. non potest etiam per viam exceptionis vltra quadriennium opponi.

Eadem l. l.

Q V A E S T I O C X L I I I.

Q V A E R O T vltimus, an remedium huius l. 1. tituli. l. 1. lib. 3. Nou. Collect. Reg. & l. 2. C. de rescind. vend. proponi possit per viam exceptionis post quadriennium, de quo in hac l. Regia: Et videtur posse quia temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. l. puer. §. si ff. de dol. mal. & met. except. & ibi Doct. Secundo, quia nostra lex praesens terminat quadriennium ad vltimum hoc remedio, inquit: Si el vendador dixere que lo que valio diez, &c. Et sic loquitur per verbum asseruerit, quod refertur videtur ad actorem, vt in l. actor. quod asseruerit, C. de proba. sed agere videtur, quando principaliter proponitur rescissio contractus in iudicio, quasi secus sit, quando incidit & per viam exceptionis: quo casu ius comunem antiquum videtur remanere in correctu, vt remedium harum legum proponi ac deduci in iudicio possit intra 30. annos, iuxta Bar. senentiam, & communiter Doct. in e. cum causa de vni. & vend. Balb. de prescrip. 3. var. 4. par. princ. q. 26. Doct. Anton. in d. l. 2. n. 47. Nihilominus tamen contrarium tenent & rectius Matien in presentibus gl. 1. n. 8. Imo quod post quadriennium proponi non possit etiam in vim exceptionis quoniam exceptio nostra specie non nititur propriis viribus, sed virtute actionis competit, quae nil mirum, si sub lata actione per lapsum quadriennium tollatur & exceptio, argul. vti ff. rem. rat. hab. Bart. in l. 2. n. 2. & ibi Secus. §. ff. de except. cum similib. Non obstat fundamentum in contrarium adductum, nempe regula dict. l. puer. §. si, quia debet intelligi iuxta doctrinam Bart. & loquitur in propria exceptione, quae non potest opponi, nisi in vim exceptionis: tunc enim merito quod sit perpetua & impraescriptibilis, quia non est in manu reus, quando exerceat, nisi quando actio per actorem sit intentata, vt constat ex eodem text. at vero quod exceptio principalem vim habet ab actione, nec consistit in puris exceptionis viribus, quia ita eque potest intentari principaliter per viam exceptionis, tunc huius exceptionis praescribitur, & perit cum ipsa actio: quia est in potestate rei, quando illa exercere velit, vt latius deduxi in meo tract. de iuramento confirmatorio, 4. part. c. n. 12. & iudr. q. 15. super l. vti. §. lib. 4. Nou. Collect. Reg. sed haec exceptio lesionis vltra dimidiam, de qua in proposito, principalem vim habet ab actione, de qua in nostris ll. & ita potest agendo deduci in iudicio, sicut excipiendo, sicq; est in manu reus, qui tam proponere possit ergo excipi minime poterit de lesione vltra dimidiam, altera parte agente ad obseruantiam contractus, vel ad pretij petitionem post quadriennium in quo verissimum puto,

Non obstat consideratio nostrae legis, quam supra faciebam de illis verbis: Si el vendador dixere, &c. Nam tam ad actionem quam ad exceptionem referri possunt, cum sint generalia, & reus ita etiam tenetur probare suam exceptionem, in qua est actor, quando est fundamentum suae intentionis, sicut actor suam actionem; vt in l. actor quod asseruerit, & alibi saepissime: quo fit, vt nostra lex sic intellecta potius pro hac secunda parte induci possit, praecipue si adaertas, caute vlam fuisse hoc verbo, Dixere quod est commune tam actori quam reo, nec mentionem faciat de actione nec petitione praeterea in fine l. dicitur, T que aya lugar esta ley, &c. del d. aque fueron hechas hasta quatro annos, e no des pnes. Et sic generaliter & indistincte praestitur hic terminus, non expresso ad agendum neque ad excipiendum: comprehendit igitur vtrumque.

S V M M A R I V M.

- 1. Artesifices officiales, etiam si in suis conventionibus vltra dimidiam iusti pretij decipiuntur in rebus ad suam artem spectantibus, non possunt vti remedio l. 2. C. de rescind. vend. cum similib.

Eadem l. l.

Q V A E S T I O C X L I V.

Q V A E R O T aliquis artifices, fabric lignarum, architecti lapideos, vel latonum, camentariorum, vel alij similes officiales promiserunt facere domum, Ecclesiam, vel aliquam rem certa mercede vel pretio constituto, atq; inter partes placito & conuenio, in quo fuerunt decepti vltra dimidiam iusti pretij, an possint agere remedio l. 2. C. de rescind. vend. cum similibus? Iure comunni quaestio erat haec satis controuersa: nam Bald. in d. l. 2. q. 6. nu. 9. negat remedium dict. l. 2. laelo, quia circa rem verfabatur eiuusque notitiam habebat. quod tanquam receptu responderunt ex facto consulti Doct. consil. 4. lib. 4. & Dec. cons. 81. & ibi Matenc. alios allegans, Capon. in d. l. 2. nu. 24. sicut non datur idem remedium laelo sagacia & experto ob praesumptionem scientiae, secundum Partea. con. de Crem. in d. l. 2. n. 24. alios referentem, & Marc. Mant. lib. 1. loc. c. 6. quod in terminis nostris tenet Doct. Castell. in l. 2. Taur. in glo. De las dichas leyes, in versu ex quo d. llo quem referi Auiles c. 11. praet. gl. Amenos costa. n. 2. vbi n. 3. & 4. alia similia adducit pro hac parte.

Contrariam tamen sententiam aduersus supra dictos firmiter probauit Pinellus in dict. l. 2. part. cap. 2. nu. 7. & 19. vbi reprobat praefatos auctores, dicens, cauendum esse ab eis, quia male Scinque responderunt: non tamen allegat Doct. Castill. nec Auilesum, vbi supra, qui hanc secundam partem de iure comunni probare quoque videtur eo fundamento: quia dict. l. 2. non solum habet locum in contractu emtionis & venditionis, sed etiam in locatione Scin aliis omnibus contractibus bonae fidei: quod & probat l. 1. huius tit. 11. Mihi tamen & iure comunni attento verior & receptior videtur opinio praecedens negatiua, quam hoc die expresse probauit l. 3. huius tit. 11. lib. 4. Nou. Collect. Regia. ca quaestionem decidens, En los oficiales de canteria, y albañerria y carpinteria, en otros oficiales que toman obras de Concejos y otras personas, y despues ale; a engano en mas de la mitad del iusto precio siendo expertos en sus officios, que ne pueden alargar auer sido enganados en las obras de su arte que tomen a destajo, en almoneda: y que sobre ello no sean oydos. Ecce igitur, quomodo lex nostra Regia denegat praedictum remedium expertis in suis officijs, per quam ita nuncupatum tenent Auiles, vbi supra, & Doct. Anton. de Padilla, in d. l. 2. n. 14. & Matenc. in dict. l. 1. gloss. 1. & est sine dubio & tenendum. Sed de ipsius intellectu, & an procedat in foro con-